

partes infernas, ac proinde serpenti viciniores,
sauciasset.

Sed quæ causa fuit, inquiet quispam, quod
serpens, dum exiret, Adolescentem vulnerârit?
Causam hanc puto, Auditores nobilissimi, quia
cum jam ados Adolescentis pervenisset, magnog
conatu egredi contendisset, vel deglutiendo, sum-
misq viribus inspirando, ne suffocaretur, retar-
datus, & aliquo modo impeditus ab Adolescent-
te fuit: vellabijs, dentibusue ab eodem compres-
sus: unde serpens irritatus, mordendo injuriam
propulsare, & quasi vindicare se attentârit.
Sextò idem planum facere spuma videtur: qua
partim projecta in terram: partim adhuc ori
Adolescentis, quamvis exigua in quantitate,
affixa conspiciebatur. Icti à serpentibus externis
spumā haud emittunt, velut avlovia demonstrat.
Quid ergo causa fuit, quod Adolescens noster
spumârit? Causam reor serpentis egressum ex ore
fuisse. Nam cum egredieretur, asperā arteriam,
quæ gula contigua, coarctabat: epiglottida de-
primebat: rimulam laryngis, per quam inspira-
mus & expiramus, constringebat: ac propterea
Adolescentem suffocabat. Suffocatis autem
spumam circa os colligi solere, & experientia
testatur quotidiana: & Hippocrates ostendit
aphor.